



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

78.  
88

EPITHALAMIA

INFESTIVITA-

TEM NVPTIARVM VIRTV.

TE ET DOCTRINA PRAEDI-

ti juvenis Dn. CHRISTIANI PIN-

COVII, I. V. Studiosi, viri pruden-

tissimi Dn. IOACHIMI, civi-

tatis Servestanae, ac Senatūs

Camerarij, F. Sponsi;

CVM

LECTISSIMA, PV-

DICISSIMAQVE VIRGI-

NE HAGNETE HEDVIGE,

præstantissimi viri Dn. IACOBI MULLERI

P. M. Illustris. Princ. Anhalt. quondam Secreta-

rii fidelissimi, relicta filia Spontâ. Serve-

stæ matrimonium contrahentis A. D.

VIII. Id. Octob. Anno

Christi 1604.

Scripta ab amicis, quorum sua cuius-

que versibus nomina sunt adscripta.

SERVESTÆ,

Excudebat Iohannes Schler Anno


Gratiæ & Misericordiæ

MDC



87





PSALMVS CXXVIII.

Commendans omnibus homi-  
nibus, & imprimis conjugibus verum timorem DEI,  
& manuum laborem, utrunque ad vitæ beatitudinem  
summopere necessarium.



*Quater felix, quater o beatus!*  
*Quem timor tangit DOMI-*  
*NI, nec usquam*  
*Avia, & Verbo repulit I E-*  
*HOVAE*  
*Devius error.*

*O quater felix, quater o beatus!*  
*Quem fovent duri manuum labores.*  
*Nam tibi votum cumulat a supra*  
*Omnia cedent.*

*Te tori consors tua, VITIS instar,*  
*Qua comâ cingit viridi domorum*  
*Tecta, stipabit tenera feraci*  
*Germine prolis.*

*Ceu novo planta gravidis in agris*

*A 2*

*Vere*

Vere pubescunt OLEAE: recinget  
Multa sic proles tibi copioso

Agmine mensam.

Ilac quidem vita bona sunt, timentem  
Qua manent Regis superum, inter illa  
Ditior Crasso, simul atq; Cræso

Exiget annos.

Te Patris summi Bonitas beabit:

Te tuâ cum progenie IEHOVAE

Larga ditabit manus ex sacra

Arce SIONIS,

Vt bonis Pacis SOLYMAM fruente,

Vt bona latos ISACI nepotes

Pace, natorumq; queas tuorum

Cernere natos.

Amoris & cognationis ergo à Iohanne  
Cramero Servestano expositus, & pro  
voto nuptiali amicorum  
nuptiis destinatus.

ALIVD.

EODEM AVTORE.



Alma Mater, Diva potens Cyprî,  
Deum voluptas, Eia Erycen, Paphon,  
Gnidonq;

Gnidonq<sup>3</sup> piscosam, Cythera,  
Idaliasq<sup>3</sup> domos relinque!  
Te sive Cyprus, sive Gnidos tua,  
Te sive Mavors in Geticis agris,  
Te sive sublimis morantem  
Culmina summa tenent Olympi.  
Huc cincta fertis tempora laureis  
Adverte gressus: Huc propera, caput  
Ornata baccis, ac smaragdīs:  
Huc redimita rosis adesto,  
Te Sponsus ambit jam prece, iam vocat  
Te Sponsa, supplex iam tua numina  
Exposcit; audi vota, castis  
Diva fave precibus rogantium.  
Tua puella nunc, precor, optimis  
Tedas iugales auspiciis beas  
Ut pradii virtute possint  
Rite coire toro mariti.  
Nam frustra amantium bina Talasio  
Coniunget Hymen pectora; nū quoq<sup>3</sup>  
TV pignus adiungas amoris,  
Auxiliumq<sup>3</sup> feras maritis.  
AE quisne votis celicola annuunt?  
Sic est: aperto Diva Amathusia.

A 3

Celi

Celi potens, terraq̄, Olympo  
Prospera signa dedit maritis.  
Quod ergo votis, Sponse, cupis, capis.  
En! Sponsa gemmis splendidius tuum,  
Propinquat ad lectum: En! amatos  
Bella puella subit lacertos.  
Quid, queso, cessas? Quid trepidas metu,  
Curis fatigans corda? DEVS tibi  
Adduxit hanc Sponsam, tuoq̄,  
Hanc thalamo propriam dicavit.  
Tibi ergo gaude, plaude tibi, tibi  
Lacere tali virgine: mutuo  
Complectere hanc coniunx amore,  
Quam Pudor, & Pietas adornant.  
Pudore tantum qua (veniam date  
Nympha) sodales exsuperat suas:  
Quantum tenebras luce, quantum  
Aurea Luna faces coruscas,  
Cui candida est mens, candida veritas,  
Probiq̄, mores, pectora candida:  
Cui comitas persara, prudens  
Simplicitas, & honesta vita.  
Formam puella candidula vides?  
Qua lucet, horto seu ROSA floribus

Pre



*Praeceteris, inter quae gemmas  
Ceu rutilare solet Pyropus,  
Flantes capillos aspice myrrheos,  
Frontis decorem, glaucaque lumina,  
Quae prominent stellis, quae honesto  
Sunt in amore duces puellis.  
Hinc ora, circum quaerubor induit:  
Tacere nec fas blandidulas genas,  
Per arva quae vincunt micanti  
Lilia picta suo decore.  
His adde tandem labra corallina:  
Quibus remotis candidulos vides  
Splendere parte utraque dentes,  
Suaviloquamque micare linguam.  
Videsne mentum, collaque eburnea?  
Molles lacertos qui Scythicas simul  
Vincunt pruinas, quique longe  
Anteeunt niveos olores?  
En! alma dextra: En! brachia candida: En!  
Latus decenter compositum: En! pares  
Artus nivi: En! planta, pedesque  
Marmorei, Venerem decentes.  
Si, Sponse, praestans excutias genus  
Sponsa, et reuolvas stemmata, non tibi*

*E plibis*

E plebis inculta creata  
stirpe marita venit marito.  
Parensne Sponsa à consiliis fuit  
Olim, atq; Secretis DV C I B V S piis  
Nostris ANHALTINIS, & AVLAE  
Et PATRIAE PATRIBVS Be-  
Cui quondã in omnes pro merito bene, (nignisq;  
Precantur omnes sub tumulo bene:  
Quem quisq; laudat, quem manebunt  
Nomen, honosq;, decusq; fama.  
Cur, Sponsa, tangit corda dolor tua?  
Absint dolores hinc procul, hinc procul:  
Latere pulcras inter omnes  
Pulcrior Ascanidas puellas.  
Quid, quasò, mæres? quid trepidas metus  
Curis fatigans corda? DEVS tibi  
Adduxit hunc Sponsum, tuoq;  
Hunc thalamo proprium dicavit.  
Quid ergo mæres? Est etiam suum  
Decus maritis: hunc iuvenem aspice:  
En! flamma sacro cui virentis  
Fervet adhuc riguo juventa.  
Cum vultu ocellos lacteo lo aspice:  
En! igne malas inficit ut tubor:

Videsne,

Videsne, quàm Sponsus loquelas  
Condiat ipse iocis honestis?  
Quid ergo cessas virgineum decus?  
Quid, quasò, cessas? Ite animis pares,  
Et colla, libantes amicis  
Suavia suaviolis, ligate.  
TV, Sponse, primum virginis oscula  
Bellis labellis fige: viro quoq;  
TV, Sponsa, ne pugna, sed amlo  
Basi basiolis resere.  
Amanter unà ludite (sed a ner  
Nunquam PVDOREM solvite) ludite  
Iuventa dum floret, senectà  
Lusibus afferet hisce finem.  
ORATE tandem Maximus ut DEVS,  
Qui Fautor, Autor coniugii est, piis  
Favere tedis, atque pulcrà  
Prole velit thalamum replere.  
Sanctoq; Flatu vos foveat, regat,  
Electat, gubernet; sanaq; corpora,  
Et victum, amictum, ac cuncta, vita  
Hic quibus usus eget, ministrat.  
Quod restat autem, quodq; timentibus  
Ex corde toto celicolum Patrem,  
B

Votis



Votis precandum est: opto nostris  
Omnia fausta etiam maritis.  
Sponsus beatus, Sponsa quoque sit simul  
Beata: nunquam lis, neque vis domos  
Perturbet amborum, sed unus  
In geminis sit AMOR, FIDES quoque  
PAX inter ambos regnet amabilis.  
Amore quali THARIADES pius  
Complexus est olim REBECCAM:  
Talis Amor duo corda stringat.  
Nascatur olim, qui referat genus  
Patris, puellus: qui quoque Heliconidas  
Musas frequentans, fonte doctos  
Hauriat à Clario liquores.  
Nascatur (inquam) bella puellula:  
Clarum pudica quae referat genus,  
Mores quoque Matris: quae quoque Diva  
Cecropia sit amica cultrix.  
Nam VITIS arctas palmitibus velut  
Ulmos maritat: Sic quoque liberum  
Mensam ambientum Sponsa Sponsum  
Germine multiplici beabit.  
Ter CHRISTIANVS PINCKO senis Pylh  
Traducat annos: Ter MOLITRIX simul  
HED.

*HEDVVIGIS HAGNES secla felix*

*Fatiloqua peragat Sibylla.*

*Seros nepotes aspicias senex,*

*Seri nepotes aspiciant senem*

*Te, SPONSE, Patrem; gratiasq;*

*Corde tibi referant perennes.*

*Seros nepotes aspicias anus,*

*Seri nepotes aspiciant anum*

*Te, SPONSA, Matrem; gratiasq;*

*Corde tibi referant perennes.*

*Qua, Sponse, tota mente precor tibi;*

*Qua, Sponsa, tota mente precor tibi;*

*Poli ac soli Reſtor IEHOVA*

*Efficiat, rataq; esse mandet.*

## EIVSDEM

*Distichon χρονολογικόν.*

*Annum, Mensem, ac Diem nuptiarum  
cum nomine Sponsi exhibens.*

*Vt faX OCtobrIs bls qVarta refVLsIt OLyMpo,  
PlnCoVIVs sVblIt VlnCLa saCrata torl.*

THA



THALASSIO  
novis Sponsis

**D**ebentur uni tergemine DEO  
Grates, supremo cœlicolum Patri,  
Cunctis honorandi quod ille  
Instituit sacra iura lecti.

Debentur uni tergemine DEO  
Laudes, Olympum qui colit arduum,  
Quod ius honorandi cubilis  
Connubiale tegit potenter.

Vt molliatur Tartareus tori  
Leges tyrannus vertere funditus:  
(Nam spiritus spurcatus ille  
Nil nisi turpe probat, cupitq;)

Sacrata princeps æthereus tamen  
Celi tuetur sedera lucidi:  
(Namq; ille gaudens castitate  
Nil nisi casta probat, iubetq;)

Vt nempe castam constet & integram  
Verè esse mentem sidereum Patrem,

Mor-

Mortalis & mortalem in orbe  
Hoc homo legitime propaget.  
Praesens ut unâ subsidium sibi  
Lecti iugalis participes ferant,  
Ne quis, verecundi pudoris  
Liber, amore vago incalescat.  
Nec non amoris, quo suboles, DEO  
Aequa va Patri, nos amat unice,  
Sint pignus, inq; se timentes  
Certa animi monumenta amici.  
Arcana enim res coniugio subest,  
De gente natus Tharsiacâ ut cycnus  
Testatur, utq; Christus ipse  
Federis obses ait sacrati:  
Sponsus manebo perpetuo tuus,  
Cœtus Sionis Sponsa mihi unica,  
Non os nitens turpata rugis,  
Nil quoq; labis habens pudenda.  
Te pertinaci connubio mihi  
Iungam, dierum fata quod aspera  
Devincet, ast felix in omne  
Latitiae omen habebit ævum.  
Et sempiternum iudicio bonum  
Me destinabo, & iustitiâ tibi,

B 3

Favore

Favore despondens, patrisq;  
Me tibi commiseratione.  
Claraq; fulgenste stabilis fides  
In omne tempus luce tuebitur,  
Ut unicum agnoscas Iehovam  
Me, Dominumq; colas perennè.  
Quare piorum hoc nomine cœtus  
Lectus iugalis sit venerabilis,  
Arcana cum mysteriorum  
Maxima contineat sacrorum.  
Quin inter omnes ingenue liquet,  
Non fortuito coniugii toro  
Iungi maremq; feminamq;  
Cœlitus ast thalamos parati.  
Et cui maritam contribuit Deus,  
Quam verè adornant & pudor & fides,  
Hic maximam dotè inter huius  
Totius orbis opes reportat.  
Nunc ergo alacri sepositis cape  
Curarum amaris gaudia pectore,  
O Sponse, quando ex asse vota  
Te tua constituent beatum.  
Nam protoplasto qui prior, omnium  
Vitæ parentem, adduxit Evam, Deus

Autor



Autor boni, votivo amatam  
Corde, tibi tribuit puellam,  
Servire Christo & fidere nobilem,  
Nec non pudicorum studio probe  
Morum celebratam, inq̄, privis  
Membra decora bonis nitentem.  
Imò ipse Momus labra corallina  
Laudaret amens, & roseas genas,  
Venus sui quas parte quinta  
Nectaris Aphrogenia tinxit.  
Novem hanc Dearum si insereres choro,  
Mirè sagaceis falleret hospites  
Discrimen obscurum, nitore  
Conspicuo, ambiguoq̄, vultu.  
Quare paratos gratulor hos tibi  
Impensè amores, in simul apprecans,  
Aspiret ut fortuna, celo  
Missæ, operi placida instituto.  
Clementia te largifluis, & tuam  
Sponsam benignus fonte beæ DEVS,  
Et fundat ad plenum beatas  
Copia opes opulenta cornu.  
Quid? quod feraces ambo hilari domū  
Opplete castam semine, semen id

Pro-

Proventus uber, splendidusq̄, &  
Privus erit pietatis alma.  
Functum ter a vo vincere det senem,  
Fellisq̄, amara ducere liberos  
Vita dies concedat omnes  
Pro bonitate DEVS paterna.  
Non vos Chimæra spiritus ignea,  
Nec vos resurgens centimanus Gyas  
Divellat, hoc vos usq̄, eò dum  
Solvat amore dies supremus.

Moris, amoris & honoris ergo  
decantatus à Martino Vier-  
thalerò Cothoniano.

ΕΤΕΟΣΤΙΧΟΝ  
ejusdem autoris.

IDIVs eXortls oCrobrlbVs, eCCere VeraX,  
LeCtI, ô PlnCoVI, feDera sponsVs InIs.

---

## Paraphrasis Psalmi CXXIII.

De commendatione concordie ad  
novos Sponfos.

**N**il caritate mutua est fratrum, nihil  
lucundius concordia:  
Cultus

Cultus Iehova quâ viget cum legibus,  
Quâ iura pollent civium.  
Nil tristius, nil tetrius discordia,  
Nil lite calamitosus;  
Qua caritas cum sanctitate solvitur,  
Quâ litteræ & ius exulant.  
Ceu balsami unguen, sacrum Aronis veri  
Barbamq; succo proluit:  
Hanc caritatis secius concordia  
Cum pace gaudium creat,  
Ex Christiano indissolubilis, ac pij  
Profecta amoris vinculo.  
Sicut vapor lentus per umbrarum humida  
Dense coactus, lucidis  
Arvi Siony sacrati gramina  
Tenella guttis irrigat.  
Quas incolit pax alma, quas beat domos  
Pia coniugum cordia:  
Has incolens aeterna iuxta Trinitas  
Cornu beat præ divite.  
Hac Christiane tibi precor, rogans Deū,  
Tuas secundet nuptias,  
Qui faxit, annos ut Mathusala tuâ  
Cum coniuge olim transigas:

C

Et

*Et liberorum te patrem vocantium  
Multo augear is germine.  
Hac summa voti sit mei, verum Deus  
His pondus addat maximus.*

Honoris ergò exarata ab Andrea Am-  
brofio VVorlicensi Anhaltino.  
Anno Christi reDeMtoris  
nostri.

---

### Votum nuptiale.

**C***Audere cum gaudentibus  
Et flere simul cum flentibus,  
Doctrina Apostoli iubet,  
Meum ergo quid cū gaudio,*

*O Sponse ter carissime,  
Tuo vetat coniungere?  
Et cum maritali obsequens  
Os nunc cavista parigis,  
Gaudeo, tibiq; gratulor  
Multum, precor q; altissimi  
Numen Iehova maximum,  
Autore quo connubium  
Castum unico tuum coit.*

*Fortunee*

Fortunet ut socios, tibi  
Quos iungis, amores ac beet,  
Lectumq; secundet tuum,  
Te sospitet diu, & tibi  
Sociam tori usq; prosperet,  
Nec non feracem liberis  
Reddet creandis. & tibi  
Sebolis, olivulis velut  
Mensam coronet germine:  
Hac paucula ominis boni,  
O Sponse, nunc a me accipe,  
Sed summus ille luminum  
Pater hac rogata bonus suo  
Favore cumulet affatim.

Iacobus Crellius Servestanus.

FINIS.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Jacobus Cellus Gerwinus

FINIS





№ 1996.

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

A  
 TA=  
 VIRTU.  
 RAEDI-  
 NI PIN-  
 pruden-  
 , civi-  
 atūs  
 s  
 PV=  
 VIRGI-  
 WIGE,  
 MULLERI  
 dam Secreta-  
 tā. Serve-  
 is A. D.  
 no  
 sua cuius-  
 scripta.  
 Anno  
 la

78.  
88

